



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

39 Missarum reductiones inde bitè obtinentes, furtum committunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

doctiss. Cost. in tract. de factis sci. & ignor  
Cont. 2. dist. 27. sub num. 2. & seq. cùm  
36 autem † nos possit Episcopus dispensare  
contra constitutionem beneficij, multò  
minus super reductione numeri Missa 40  
rum, quæ ubi eleemosynæ Missæ, & anni-  
versaria relictæ reperiuntur, habens pote-  
statem reducendi, potius eleemosynas,  
quam Missas, vel anniversaria reducere  
debet, ut declaravit Sacra Congreg. super  
eod. cap. 4. §. nes haberet locum.

Limitatur † tamen dicta conclusio in  
37 legato facto de summa certa & testatore 41

relicto pro certis Missis celebrandis, ut  
non procedat, si relictæ pecunia, aut redditus  
annui legati non sufficiunt pro omnibus  
Missis celebrandis, licet appareat de  
expressa mente testatoris, qui certum Missarum  
numerum in perpetuum celebrandarum reliquit, numerus Missarum juxta  
vires legati est moderandus ex dispositio-  
ne dict. cap. 4. sess. 25. & ita super eod. c.  
fuit à Sacra Congreg. declaratum, ut in  
decis. sub tit. Mediolanen ubi enim Missarum  
reductio fieri oportet, eorum semper  
defunctorum commemoratione fieri  
debet, qui pro suarum animarum salute  
legata ea ad pios usus reliquerunt, ut per  
Concil. Trid. eod. c. 4. in fin. Et commemo-  
rationi † faciendæ juxta decretum dicti cap. 4. satisfit per intentionem applica-  
tionis Missarum, & per preces in secundo  
momento, & per collectas faciendas in  
Missis, ut declaravit Sacra Congreg. super  
prædicto cap. 4: in decis. sub tit. Mediol.  
qua incipit commemorationi facienda.

Missarum autem † reductiones indebi-  
39 tè obtinentes animas præcipue defunctorum  
debitis suffragiis fraudant, & furtum  
committunt, ac ad restitutionem tenentur,

ut inquit Graff. decis. aur. par. 1. lib 2.  
cap. 45. num. 19. & non dimittitur pecca-  
tum, nisi restituatur ablatum, cap. pecca-  
tum, de reg. jur. in 6.

Restitutio † hoc casu quando indebi-  
tè numerus Missarum fuit reducitus du-  
pliciter considerari debet, primum, ut Mis-  
sa reductæ non celebratæ celebrentur, se-  
condum, quod Ecclesia restituatur, ut Missa  
ad minorem numerum reducta ad prior-  
rem numerum juxta mentem, & dispo-  
sitionem testatorum redigantur.

Restitutio † enim est in pristinum sta-  
tum repositio, l. quod si minor, §. restitutio,  
ff. de minor. & Bar. in l. interdum, num. 3.  
ff. de cond. indeb. In quo Praefules invigi-  
lare debent, non solum, ne in futurum re-  
ductiones indebitè fiant, sed, ut, quæ con-  
tra mentem testatorum, aut consuetudi-  
nem approbatam auctoritate ordinaria fa-  
vore titularium beneficiorum alias redu-  
cta fuerint, ad pristinum numerum resti-  
tuantur, quia reductiones contra mentem  
testatorum, & juris communis, ac Sacri  
Concilii Tridentini dispositionem facta  
sunt nullæ, nullius roboris, ac momenti.  
Actus enim gestus † contra legem est nu-  
lus, cap. in nomine Domini, in fin. de testib. vi-  
rides, & ibi gloss. 10. dist. cap. qui contra  
de regu. jur. in 6: Bar. in l. non dubium, nn.  
2. & 3. C. de leg. & Felym. in d. cap. in  
nomine Domini, in prin. & quod nullum  
est, impedimentum præstare nequit, quo-  
minus voluntas defunctorum exequatur:  
non enim præstat impedimentum, quod  
de jure non sortitur eff. etum, c. non præ-  
stat, & ibi gloss. de reg. jur. in 6.

Tertiò, † dubitatur, si non constat de  
onere beneficij circa Missarum celebra-  
tionem, aut residentiam faciendam, cùm,  
ut pli-